



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Præcepta generis deliberatiui ex veteribus ἐν τύτῳ expressa. Capvt II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

*Præcepta generis deliberatiui ex veteribus
et rōto expressa.*

CAPUT II.

IN deliberatiuo, sex considero, definitionē, diuisiōnē, materiam, cauſam efficientem, formam, finem.

Deliberatiuum est, quod positum in consultatōne, habet in se tentatīōnē dictiōnē.

Partes sunt dua, suasio, ad quam referuntur exhortationes, monitiones, petitiones, consolationes, precatiōnes: & dissuasio, ad quam spectant, dehortationes, obiurgationes, &cetera.

Suasio est oratio deliberatiua, qua p̄mūnū consultatione, quid faciendum sit, ostendit.

Dissuasio est oratio deliberatiua, qua auditorib⁹ aliam partem, ac suasionē ostensa est, persuadere conatur.

Materia in genere est de contingentibus suis, quae ad nos referri possunt, & quorum cauſa, & origo est in nobis sita, non est autem de fine deliberati⁹, sed de his, quae pertinent ad finem.

In specie, si cauſa sit publica, quinque ab Aristotele numerantur, lib. i. Rhetor. veſtigia, bellum, pax, custodia regionis, que importuntur, & exportantur, ratio ferendarū legū. πόροι πόλεμος. εἰρήνη. φυλακῆ χώρας. εἰσαγόμενα, καὶ ξαγόνια. νομοδεστία.

In priuatis cauſis tot occurunt, quot sunt hominum negotia, in vita, & re familiaris instituenda, vt an litteris debet nauare operā, aut mercatura Polemon⁹ an vxorem ducere, an cælibem vitam confectari, an agrum emere, an ius suscipere, an in Canadianum nauigare?

Materia, alia simplex, alia compōſita.

Simplex, vbi unum quid in questionem cadit, vt an Atheniensē rem naualem curare debeant.

Composita, vt, an Cæſar victo Pompeio Romanū remcare, an in Hispaniam proficiſci debeat.

Efficientes cauſae deliberationis.

Efficientes cauſae sunt, qui deliberant, in

quibus primum spectanda authoritas, & in publica cauſa, quis sit status politiæ.

Seneca libro de beatā vita cap. 3. duas res publ. animo in'vniuersum complecti iuber, ynam magnam, & verē publicam, qua Di⁹ (inquit) jacque homines continentur, in qua nō ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, sed terminos ciuitatis nostræ cum cœlo metimur: Alterum cui nos ascripsit conditio nascendi. Reguntur porro ciuitates tot modis, quot sunt genera administrationis.

*Respubli-
ca due.*

Seneca libro de beatā vita cap. 3. duas res publ. animo in'vniuersum complecti iuber, ynam magnam, & verē publicam, qua Di⁹ (inquit) jacque homines continentur, in qua nō ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, sed terminos ciuitatis nostræ cum cœlo metimur: Alterum cui nos ascripsit conditio nascendi. Reguntur porro ciuitates tot modis, quot sunt genera administrationis.

*Respubli-
ca magna*

Seneca libro de beatā vita cap. 3. duas res publ. animo in'vniuersum complecti iuber, ynam magnam, & verē publicam, qua Di⁹ (inquit) jacque homines continentur, in qua nō ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, sed terminos ciuitatis nostræ cum cœlo metimur: Alterum cui nos ascripsit conditio nascendi. Reguntur porro ciuitates tot modis, quot sunt genera administrationis.

*Monar-
chia.*

Variae autem sunt species politiarum. Res num, siue Monarchia, est viuus principatus, siue, vt ait Aristoteles lib. 3. politiarum, viuus imperium, communemque utilitatem spe- cians.

Polybius, lib. 6. Monarchiam, à regno di Regnū dif- finguunt, quod Monarchia dicatur, si quis ro- bore corporis, & animi viribus præstans, sibi ferentia, Imperium, & principatum alicuius populi sunat, & obtineat sine voluntario populi cō- sensu: Regnum vero sit dominatus reipubli- cæ consensione vni concessus. ἀκαταχένως (inquit) οὐ φυσικῶς τούτοις μεταβολή. Ταῦτη δὲ πολιτεῖαι, οὐτε ταῦτα γενέται μετα- καταχέναις, οὐδιορθώτερες βασιλεῖαι.

Aristocracia est optimatum Imperium, Aristocra- vel, vt ait idem Polybius, cum res publica se- tia. cundum electionem a iustissimis, & prude- tissimis viris æqualiter administratur. Ήτις κατ' ἔκλογον ὑπό τοῦ δικαιοστάτου, οὐ φρονι- μοτάτου ἀνθρώπου βασιλεύειται.

Democratia definitur, Imperium populi Democratia communem utilitatem spectans. Hec sunt tria. politiarum genera recta, & legitima, quibus prava totidem opponuntur a Polybio: Tyrannis, Oligarchia, Ochlocratia.

Tyrannis est abusus Monarchiæ, & illegiti- Tyrannis. mā impérii occupatio.

Oligarchia est imperium ad utilitatē pau- Oligat- corum diuitiū spectans.

Ochlocratia est tenuissimæ plebis principi- chia.

Ochlocratia est tenuissimæ plebis principi- atus.

Addi potest ex Diodoro, Anarchia, qua

solet exurgere ex turbulentissimis temporibus,

vbi, sine Rege, & ceteris magistratibus

fluctuat imperium.

Anarchia.

Prudentis igitur erit oratoris videre, an agat cum Regibus, & Principibus, quibus, vt

ait Parysatis illa apud Plutarchum, verbis

opus est byssinis, an cum opimatisbus, apud

Gggg quos,

quos, honesta, & legitima dicere oportet, an cum plebe bellua multorum capitum, cum qua negotiorum tractare difficultissima res omnium. Neque vero satis est dignitatem in viris spectare, sed morum, & conditionis, & ingenij rationem habere oportet: prudenter igitur Aristoteles in Rhetorica agit de moribus iuuenium, & senum, & virorum, quae ego hinc in ratiōne subiicie.

Mores iuuenium, virorum, & senum.

CAPUT III.

Hieronymus in Ecclesiastem cap. 12, paucis adolescentiam definens, huic adiungit comitem stultitiam. Chrysostomus epist. 3. ad Olympiadem ait, hac etate ingenitum esse libidinum tempestatem, magnam yecrō rationis imbecillitatem. Η πολλὴ τὸ ἐπιδυνατότερη. Καὶ οὐδὲν δέ τοι λογισμός. Similiter Ambrosius de Abel, & Cain lib. 1. cap. 3. iuuenturem variarum illecebris passionum feruere. Sed ubi maturior etas accesserit, tanquam pubescens laetitia tempestate disculsa tranquillitatem refundi, & in quodam portus quietos lassae animae nauigium subducere. Basilius in cap. 3. Isaiae, pluribus iuuenturis mores describit. Plato lib. 7. de legibus, facit puerum quauis bestia intractabiliorem his verbis, οὐ πάτερ πάντων δημόσιος εὐτελεία χειριστότατος, οὐτού γέροντος πατρικήν τε φρονεῖν μητεράτητην πεπούλου, καὶ δημού, καὶ οὐδεποτέ τατού δημόσιον γέγενται.

Iuuenes sunt cupidi, & parati ad efficiendā, ut concipiuerint, sectatores voluptatum, & in horis mutabilis, fastidiosi in cupiditatibus, & ceteriter quidem, & valde concupiscunt, statim vero sedantur, velimentes sunt eorum impetus, sed non diuturni: cuiusmodi ergorum sitis, & famessat senum cupiditates, partim decrescunt, partim languescunt, quare lucri sunt audi, & remissis voluptatibus lucro seruiunt, viri mediocriter se habent ad voluptates.

Iuuenes sunt iracundi, statim excandescunt, violentia, tēs, maximē si propter studium honoris Turpia.

parui sunt: Senes excandescunt imbecillius; viri moderatius.

Iuuenes studiosi sunt honoris, & excellētiæ, & victoriae magis, quam pecuniarum. Nondum enim expertatam experitū sunt. Senes vix sunt viræ appetentes, maxime extremo tempore, quia cupiditas est rei absentis, & quo minus est vita, eo magis desiderant.

Iuuenes, vt plurimum non sunt malis moribus, quod non sint veteratores: Senes contra, sunt magis versipelles, vt omnia in potrem partem rapiant, viri sunt in utroque moderationes.

Iuuenes sunt crudeli, quia nondum in multis decepsti: Senes suspicioſi, quia magis petiti: Viri, neque leuiter credunt, neque omnibus derelahunt fidem.

Iuuenes sperant multa, quia futuri multum habent: Senes timent omnia, etiam rursum, Viri, neque nimis confidunt, neque nimis timent.

Iuuenes sunt verecundi, & facile erubescunt: Senes duriorēm habent frontem: Viri, ut Apollinis neque omnino verecundi, neque sine aliquo rubore sunt.

Iuuenes honesta, præferunt utilibus: Senes necessaria honestis, Viri mediocriter obtemperant inter parsimoniam, & luxuriam.

Iuuenes curiosi sunt sordidum, gaudent enim confuetudine: Senes non ita: Viri mediocriter.

Iuuenes in omnibus ferē sunt nimis, nimis amant, nimis oderunt, tum putant se scire omnia: Senes peccant defectu, & putant quidam, sciant autem nihil: Viri, neque amant, neque oderunt effusus, sed oderunt quasi a maturi, & amant quasi odio habituri.

Iuuenes misericordes sunt, sua enim innocentia cæteros metuntur: Hoc ipsum viris, & sensibus conuenit.

Iuuenes rident lubenter, & sunt faceti: Senes plerunque in laetitia odere ridiculos: Viri sectantur mediocritatem. Hæc paucis Horatius complexus est.

Aetatis cuiusque notandi sunt ibi moris, Mobilibusque decor, yiratus dandus, & an in aliis nichil.

Reddere, qui voces iam scit puer, & pudi certare.

Signat humum, gestis paribus colludere, & iram.

Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horum.